

tiam tribui posse, quia præcipuus est inter Accolas talis loci, alijsq; in spiritualibus præfectus.

CAPUT II.

De Origine Parochorum.

ORigo Parochorum non procedit imediatè ex Jure Divino, ut Constitutio Episcopum, quos *Spiritus S. posuit regere Ecclesiam DEI. Act. 20.* Sed descendit ex potestate Episcoporum per Jus Divinum constitutâ. Solebant siquidem primitùs Episcopi suas Diœceses regere per Sacerdotes pro nutu & beneplacito à se missos cum assignatione determinati temporis, modi, & limitum suæ administrationis.

Bar-

Barbosa l. c.
tom. 3. ad
traditque
Penit. 2. 11
observari h
cesi Hispal
Successu ve
geretur pop
dinavit Sar
pa XXIV.
ca annum
ad Severu
clesiaz à h
renur, & c
tus Sacerdo
cretum S. D
nus Can. E
verbis: Ecc
Presbyteris
Cameteruae

Barbosa *l. c. n. 17.* contra Baron.
tom. 3. ad annum Christi 325.
 traditque Henriquez *lib. 3.* de
 Pœnit. *c. 58.* cum modum adhuc
 observari hodie dum in Diœ-
 cesi Hispalensi & Cordubensi.
 Successu verò temporis cum au-
 geretur populus Christianus, or-
 dinavit Sanctus Dionysius Pa-
 pa XXIV. post. B. Petrum cir-
 ca annum Christi 260. *in epist.*
 ad Severum Episcopum, ut Ec-
 clesiæ à se invicem distingue-
 rentur, & cuilibet stabilis ac cer-
 tus Sacerdos præficeretur. De-
 cretum S. Dionysij refert Grati-
 anus Can. Ecclesiast. 13. q. 1. his
 verbis: *Ecclesias singulas singulis
 Presbyteris dedimus, Parochias &
 Cœmeteria eis divisimus, unicuique*

jus proprium habere statuimus, ita videlicet, ut nullus alterius Parochiæ terminos aut jus invadat, sed unusquisque suis terminis contentus sit, & taliter Ecclesiam sibi commissam custodiat, ut ante tribunal æterni Judicis de omnibus sibi commissis rationem reddat, & non judicium, sed gloriam pro suis actibus percipiat. Hanc quoque normam Te & omnes Episcopos sequi convenit, & quod tibi scribitur, omnibus quibuscunque potueris notum facias, ut non specialis, sed generalis fiat ista præceptio. Quare quod Parochi jam dicantur Ordinarij, & potestatem habere ordinariam, ita debet accipi, quod potestas, quæ primò solum fuit delegata, postea stabilito Pa-

Parochorum
 re Ecclesie
 refert,
 cap. 10. Lu
 & Leo IV.
 chos succed
 bus Discip
 diatè ad p
 solum eni
 quod Paro
 piscoporun
 plemento
 Discipul
 subsidium

C
 De Dignitat
 th
 Colligi
 chial

Parochorum officio facta sit Jure Ecclesiastico *Ordinaria*. Nec refert, quod Ven. Beda in *cap. 10.* Luc. Glossa Ordinaria, & Leo IV. Papa dicant Parochos succedere septuaginta duobus Discipulis à Christo immediatè ad prædicandum missis: solùm enim innuere volunt, quod Parochi assumantur in Episcoporum adjutorium & supplementum, quemadmodum Discipuli illi missi fuerant in subsidium Apostolorum.

CAPUT III.

De Dignitate & Præcellentia Statûs Parochialis.

Colligitur hæc Statûs Parochialis dignitas & præstantia